

IN LIBRUM SEPTIMUM

C. AUGUSTINI CURIONIS

E P I T O M E.

FRANCISCUS-MARIA a Guido-Ubaldo adoptatur. Aloysii cum Maximiliano Cæsare fœdus. Tronus Venetiis ob proditionem suspenditur. Joannes Pisaurum obtinens Venetiis uxorem ducit. Isabella Hispaniæ regina moritur. Herculis Atestini obitus. Germanorum domus Venetus conflagrata, magnificentius a Senatu iterum edificatur. Senatus controversiæ cum Julio Pontifice compositæ, & legati octo ad eum missi. Alfonsi Atestini Venetias adventus. Aloysii cum Ferdinando fœdus. Piraticum bellum. Tunetani regis ad Senatum legatio & munera. Norimbergen-ses Venetarum legum exemplum petunt. Senatus Alexium Thracio regi tradit. Sabellici obitus. Aegyptii regis legatus componendarum controversiarum causa Venetias venit. Philippi Austrii in Hispaniam profectio & obitus. Ferdinandi regis Neapolim adventus. Julii Pontificis literæ a Senatu rejiciuntur. Joannes Benti-volus a Julio Pontifice Bononia pellitur. S. C. in eos, qui principum legatorum-ve favore uterentur, latum. Petri Barotii obitus. Liguribus petentibus civitas & securitas datur. Aloysii in Italiam adventus. Genuæ expugnatio. Ejusdem cum Ferdinando rege colloquium & in Italiam reditus. Milites ex agris a Venetis instituti. Maximiliano petenti itineris cum exercitu facultas denegata. Reipublicæ ad bellum apparatus. Germanorum in Rhetos & Carnos irruptio. Eorundem ad Cadoras clades. Tergeste cum multis aliis oppidis a Venetis expugnatur. Venetorum cum Maximiliano induciæ. Terramotus in Creta ingens. Contarenus Camalis naufragio perit. Lex in eos, qui largitione magistratus quærerent, lata. Pax Maximiliano petenti denegatur. Novi homines in Britannico oceano capti. Cameracense fœdus. Venetorum ad bellum apparatus. Pulvis tormentarius & urbana navalia fulmine tacta. Hispani regis fraudes. Belli contra Venetos initium. Fœdus cum quatuor Helvetiorum pagis a Venetis iktum. Galliæ rex Venetis bellum indicit. Pontifex Venetis aqua & igni interdicat, Galliæ regis Mediolanum adventus, ejusque copiæ. Venetorum cum Gallis ad Abduam pugna.